





S

Freiherr v. Ende-Altfessnitz.

N. P. & H. D. T. S. P. U. T.

Seriem <sup>suxta</sup> Alphabeticam

A.

- De Actionib. lessis - - - i.
- Agmulatione - - - 24.
- Alienandi sine - - - 21.
- Ambitissius. - - - 33.
- Ad legem Reciam - - 34.
- Alienis. rebg. intendifa,  
cultate - - - 19.
- Ad Secum Macedonian: - 12.

B.

- De Beneficio competencia. 25.

C.

- De Concessione Salinarium Hall. 5.
- Conditionibg - - - 14.
- Constitutioine - - - 13.
- Calculi errore - - - 18.
- Competentia beneficio - 25.
- Extractu Invenientato - 4.
- Confusione obligationum io.
- Cura - - - 5 - - ii.

D.

- De Decima - - - 16.
- Delictis in nominatis - 3 i.
- Dispensationibg - - - 17.
- Deposito - - - 9.
- Dominationis Fure supremo ro
- Delicto serui vel alterius  
hominis corrupti - - - 20.

E.

- De Emptori et uiri - - - 8.
- Errorre calculi - - - 18.
- Extrema provocacione - 28.

F.

- De Facultate utendi rebg.  
alienis - - - i.
- Burto eaz rebg. ignoratio te  
vans et can ejiciunt - 2.

G.

- De Hallensium Salinar concessio  
ne - - - 5.

oratitudine	— 27.
de alienandi	— 21.
In Ius vocatio[n]e	— 2.
Jure in re	— — 3.
Juramentis	— — 7.
Iusto rex pretio	— 23.
Jure supremo dominationis	— 20.
Innominato Contractu	— 4.

K.

De Landaffiis	— — 33.
---------------	---------

M.

Medicis	— — 32.
Mortuorum sententia	— 15.
Mutuo literar[um] obliuio[n]e	— 5.
Mortuorum sententia	— 15.

De Nominib[us] actionib[us] cossi. i.	
---------------------------------------	--

Obligatione literar[um]	— 6.
Obligationum confusione	— 16.

De Pretio iustorez	— 23.
pretio	— — 22.
provocatione extrema	— 28.

De Rebus alienis utendis facult.	— 19.
Deputatio[n]e	— — 26.
De Salinarum Rati. Coriss.	— 5.
Senatus Macedoniam	— 12.
Schriftsaessis	— — 33.
Sententia Mortuorum	— 15.
Supremo Dominationis Iure	— 20.
Succidit[us]	— — — 37.
Subsidium Sicris	— — — 38.
Sensu vero L. non anno	— 35.

Tractato de nominib[us] actionib[us] cossi.	
---	--

V. u. W.	
Veterum iobis	— — 36.
Vocatio[n]e in Iis.	— — 2.
U[er]tendi reb[us] alienis facultata	
verso Pers. L. Non viuimus	— 19.
votis Veteram	— — — 36.


X.

V.	
----	--

Z.	
----	--

# INDEX

1. Tr. de Nomini leg. & fictionib.  
2. Eleemosynas vocatione.  
3. Sole iure vivere.  
4. Fide Contract. Iuris.  
5. Salinam Hallensi Concessione.  
6. Mifuo Literarum obligat. etc.  
7. Iuramentis.  
8. Empytelefi.  
9. Deposito.  
10. Obligat. Confusione.  
11. Cura.  
12. aditam Mace.  
13. Confusione.  
14. Condicionibus.  
15. Mortuorum sententia.  
16. Decima.  
17. Dispensationib.  
18. Errori Clavi.  
19. facultate utendi rebus aliis.  
20. Supremo dominatio*nis*,  
iuris.
21. de jure alienandi.  
22. prelio.  
23. iusto rem prelio.  
24. Emulacione.  
25. Beneficii Compotacione.  
26. Reputatione.  
27. Iniquitate dñe.  
28. Extrema provocacione.  
29. factu & armi venim que  
navis levante causa cibis.  
30. de delicto servi vel alterius  
hominis corrupti.
31. Belicites in nominatis.  
32. Medicis.  
33. Landsaffys disponitis.  
sij s. et Ambtsaffys.  
34. Ad Legem Reciam.  
35. de Vtis sensu. non  
omnium f. de L.  
36. de Vtis Vetenis.  
37. Subtilis.
38. Subsiliun princi de.



*Nr.*  
**SCTUM M A -  
CEDONIANUM  
DEO DIRECTORE ET  
DUCTORE  
Superiorum Auspiciis**

publicè

P R E S I D E

**DN. JOHANN-ERNESTO  
NORICO, J. U. D. & h. t.**

Rectore Magnifico,

*Præceptore, Hospite & Patrono Maximo*

discutiendum

proponit

**MARTINUS ZACHARIAS CRAMERUS,**

Northusa-Cheruscus,

Auctor.

*ANNO M DC LXV. D. 18. Maij.*

*H. L. Q. C.*

---

**LIPSIAE**

Typis Viduæ HENNINGI COLERI,


*Gfr. Lic. Deglitz*

A. M. S. B.  
C. E. D. O. L. P. A. N. T. M.

litterarumque ex ambo datur certioris quoniam  
opere cuiuslibet pietatis et pietatisq[ue] non s[ic] dicitur. (1) 182  
b[ea]tissimam sicut pietatis et pietatisq[ue] non s[ic] dicitur. (2)  
b[ea]tissimam sicut pietatis et pietatisq[ue] non s[ic] dicitur. (3)  
b[ea]tissimam sicut pietatis et pietatisq[ue] non s[ic] dicitur. (4)  
b[ea]tissimam sicut pietatis et pietatisq[ue] non s[ic] dicitur. (5)

O. P. C. E. D. O. L. P. A. N. T. M.  
C. E. D. O. L. P. A. N. T. M.  
C. E. D. O. L. P. A. N. T. M.  
C. E. D. O. L. P. A. N. T. M.  
C. E. D. O. L. P. A. N. T. M.

C. E. D. O. L. P. A. N. T. M.  
C. E. D. O. L. P. A. N. T. M.  
C. E. D. O. L. P. A. N. T. M.  
C. E. D. O. L. P. A. N. T. M.  
C. E. D. O. L. P. A. N. T. M.



A. SS. T.

**F**iliū familiās ex omni, quem celebrat, contraētū in solidū obligari constat, h̄ud sine effectū motū actionis: (1.) Excipitur tamen mutuum ēre pr̄senti contractū, (2.) qvōd si Creditor in foro urgeat, SCtū Macedonianū ipsum ampla qvidem, sed vacuā cum crumenā, Chrysopæji instar à Leone X. PP. festivē satis delusī, (3.) domum redire jubet; atq; ita fone- ratorem auri argenteive

Expectata seges vanis eludet avenis. (4.)  
In cujus SCtū expositione brevissimā ingenioli mei vires, Deo Au- spice, experiri, cumq; ē disceptatione veritas, uti ex collisione lapi- dum ignis, elicatur, (5.) aliquot Theorematā, rudi stilo filoq; conscripta placida Eruditōrum diaoréψ submittere visum fuit, qvæ dam publicā luci sifto, solemne illud Pythagoricorum pr̄famen- ī didicōrū, dñmā novavēdā; (6.) iisdem, ederā instar, pr̄figo.

1) l.39. ff. de Obl. & Aft. l.44. ff. de pecul. l. ult. f. 2. ff. de V. O. I. 57. ff. de jud. Magnif. Dn. Carpz. Disp. de Contr. Mut. pol. 3. n. 1. Schnobel Dilp. ff. 9. th. 18. ubi limitat. 2) l. 1. pr. ff. ad Sct. Maced. 3) Drexel. Aurif. P. 3. c. 2. 4) Virg. l. x. Georg. 5) ut ait Scalig. Ex. 308. 6) Lipi. l. Ep. qq. Ep. 4. ad Joach. Camerar. p. 212.

I.

SCto huic qvōd justissimā ratione hodieq; suæ sint vires, est in propatulo.

Negotium nobis facescit æqvitas naturæ, lucellum alienā ad- quisitum jacturā detestata: (7.) sed limitatur ea, si salus publica aliud exigat, (8.) qvam detelinquere contrā naturam est: (9.) apud sapientes enim cassa habentur, qvæ neq; dari neq; accipi salva Rep. possunt. (10.) Quid? qvōd nec suā culpā Creditor damnū senti- te videatur. (11.) Hinc corrūctū etiam aliud *asymmetrōv*, (12.) qvōd suum

A 2

sum cuiq; tribuere jubet; si enim uti jus, uti fas est, utilitatis publicæ ratio habeatur, ac proinde justior Debitoris petitio attendatur, (13.) non est, qvod insito & quasi consignato in animis nostris præcepto fraudem fieri vereamur. SCti autem Exceptionem, ilibatam hactenus tractamq; in Praxi utriusq; Fori custoditam esse, Dicasteria testantur. (14.)

731.14.l.66.f. de cond. ind. l.25. ff. rer. amot. l.206. ff. d. R. J. c. 48. cod. in 6.  
8) per litu. §. 14. C. de caduc. toll. Ludv. Comm. ad d. l. 206. de R. I. n. 3. & 4.  
9) Lips. 14. Pol. 13. n. 8. 10) ut loquitur Tacit. 3. Hist. §. 4. 11) l. 203. ff. de R.  
I. c. 86. cod. in 6. 12) ex §. 3 Inst. d. J. & J. l. 10. §. 2. ff. cod. 13) l. 33. §. 1. fidei deposit.  
14) Dn. Carpz. P. 2. C. 10. D. 16. & P. 3. Decis. 256. n. 1. & seqq. Hahn. ad V. Velenb.  
w. ff. h. t. n. 5.

## II.

Appellationis prioris originem traxit à Senatu & consulendo: posterioris à Macedone,

Quando Senatus Romanus juris condendi auctoritatem, quam pristini temporibus desideravit, (15.) accepérunt, dicere supersedeantur, cum Aristotelis monito saniores, brevitatem cum Callisthene sectemur, (16.) & sicut ille Regi, ita nos delicioris palati Lectori prolixo sermone obstrepere vereamur. (17.) Qvod autem Macedo improbo fœnore quæstum fecerit, prima imaq; cavea JCri adserunt, confirmant usitatā quondam in SCris perscribendis formulā: omnes, omnes: (18.) unum si excipias Theophilum, cuius tamen ab aliis jam pridem explosam sententiam hic refellere, inutile foret. (19.) Nomen SCro Macedo dedit, atq; instar Herofrati, (20.) inclinuit, ut alii ejus exemplō saniores vel ad ipsam nominis mentionem exhorescerent, ac proinde pravis dictis factisq; ex posteritate & infamia metasceret. (21.) sicut enim nomen illustre, cum Alexandro, (22.) generosam indolem haud levi stimulo urget; (23.) ita contra infamia vota,

Qvæ manent culpas etiam sub Orcō, (24) scelerum gregem terrore cohident.

15) V. Rosin. Antiq. Rom. l. 7. c. 6. 16) V. Saavedr. Symb. Pol. II. p. m. 85.  
17) vid. Vinn. Comm. ad §. 5. Inst. de I. N. G. & C. Frantz. Comm. ff. d. O. I. n. 29.  
Struv. Ex. 1. th. 63. & seq. & in primis Rupert. Enchirid. Pomponii ad l. 2. ff. de O.  
I. §. 9. c. 10. 18) Dempster. Paralip. ad Rosin. Antiq. Rom. l. 7. c. 5. 19) vid. Frantz.  
ff. h. t. n. 2. & 3. Ludv. ad §. pen. 1, qvod cum eo. n. 1. 20) Michel. Synt. Hist. l. 2.

¶ 3. p.m. 380. 21) ut loquitur Tacit. 3. Ann. 67. 1. conf. Saavedr. Ep. Dedic. Symb. Pol. Lips. l. 4. Pol. c. 9. n. 20. & 21. Simile ex. existat. in l. 1. §. 5 ff. de postul. de Cari-  
fania & apud Val. Max. l. 6. c. 1. n. 7. de Scantinio, quorum illa occasionem, hic simul  
& nomen legi dedit. vid. Tacit. l. 15. Ann. c. 20. n. 3. 22) Curt. l. 8. n. 11. 23) vid.  
Loccen. ad d. l. Curt. p.m. 170. ibidem dictum Alexandri adolescentis, aut nomen mu-  
ta, aut mores. 24) Hor. Od. 11. l. 3.

### III.

SCtum Macedonianum sive Exceptionem, sive Be-  
neficium SCti nomines, verus es. legibus enim atq; Jctis  
hæc sunt synonyma.

Dicitur Exceptio, (25.) qvæ non persona, (26.) sed rei co-  
hæret. (27.) Beneficium audit Practicis. (28.) Sed hæc de nis,  
qvæ faciunt ad *Πτολεμεῖον τῶν ὀνομάτων Ἑγχειρίδων ταῦτα*, teste  
Epiceto, paucis & solehini alias Geographorum more (29.) deli-  
basse sufficiat: jam manus oīas est bellō, non multis hominibus:

(30.) ad Definitionem igitur ipsius rei (31.) jam accingimur.

25) l. 19. l. 7. §. 10. l. 9. §. 4 ff. l. 1. 4. §. 14. ff. de dol. mal. & met. exc. (26) d.  
l. 7. §. 10. ff. 27) l. 7. §. 1. ff. de exc. (28) Dr. Carpz. P.z. C. ro. D. 17. m. 1. & lib.  
2. Resp. ro. n. 17. & 18. (29) vid. Lanz pro Germi. p. m. 21. (30) vid. ex Synt. ait  
Lipshiz. Pol. 8. m. 2. (31) neq; enim verbis, sed rebus LL. impositis, h. 2. sub f. C.  
comm. de legat. conf. l. pen. ff. ad exhib.

### IV.

SCtum Macedonianum est Decretum Patrum, qvō  
Creditor mutuum filios, dare datumq; ab eo repetere pro-  
hibetur.

Generis vicem præstat Decretum Patrum, per qvos κατ' ἐγχειρίδια  
sic dictos volumus Romanos ex instituto Romuli, qvo consilium  
Reip. penes senes erat, qui ex auctoritate Patres, ob statem Senatus  
vocabantur. (32.) hinc Claudianus:

Tu civem Patremq; geras, tu consule emetis,

Non tibi: nec tua te moveant, sed publica damna, (33.)

Creditores autem qvostis intelligimus, etiam civitatem; (34.) o-  
mnes enim SCtum,

Tres Rutulasve fuat, nullo discriminé, (35.)  
sceneriorum odio; frustra, cum Demosthene, απαρχὴν τύχειον (36.)  
venerari jubet: civitati tamen restituio in integrum concedi posse  
videtur: (37.) neq; etiam interesse ducimus, ipse creditor credide-

est, an alio credente stipulatus sit: (38.) socium enim, ignorantem  
licet, exclamare jubemus:

Mantua vix miseræ nimium vicina Cremonæ! (39.)  
uti & successorem. (40.) Dum autem à filio repeti posse nega-  
mus, non excludimus personas, quas vel identitatis, vel representa-  
tionis aliqua ratio eidem associat. (41.) Carterum Diferentia, quam  
tum à subiecto, tum ab objecto, tum ab effectu perimus, explicationē  
sequentes pagellæ dabunt: (42.)

32) Flor. I. c. t. l. fin. Pac. Ifagog. ff. de senat. n. 6. 33) de quart. Conf. Ho-  
nor. v. 59. 4. 34) l. 15. ff. h. 35) Virg. l. 10. Aen. 36) vid. Micrael. Synt. Hist. I. 1.  
Sect. 5. n. 8. p. m. 166. 37) post Gl. ad d. l. 15. ff. h. Molinæus Conf. 10. 38) l. 7. §. 7.  
ff. h. 39) Virg. Ed. 9. 40) l. 7. §. 6. ff. h. junct. l. 14. 3. l. 160. §. fin. ff. d. R. I. 41)  
v. l. 7. §. 10. ff. h. 42) vid. l. 1. pr. ff. h.

## V.

Causa Efficiens SCti est vel Principalis, vel minus  
Principalis.

Illa vel REMOTA, eaq; tūm PROCREANS sc. Senatus,  
magister juris ac moris probi, (43.)  
auctore Vespasiano Imp. (44.) licet enim anteā lex Latoria, (45.)  
exemplo forsitan Atheniensium, (46.) hanc juventutis perniciem  
exosa, prohibuisset, ne quis filios, minori 25. annis (47.) inopia  
argentariâ laboranti crederet: cum tamen creditorum pervicacia,  
mille nocendi artes, (48.) cum Autolyco, (49.) edoceta, nullo ne-  
gotio eam eluderet. Claudius malo huic indies crescenti medicinam  
facturus lege latâ creditorum savitiam iterum coercuit: (50.) sed  
nec hoc medicamine Reipub. hoc vulnus resectum est; fenerato-  
rum enim improbitas, ut

hydra secto corpore firmior. (51.)  
antiqvata hâc lege, aut clusa, (52.) summum hoc populi Romani  
consilium (53) tandem movit, ut debitorum securitati plenisimè  
consuleret & immedicabile vulnus ureret, secaret, (54.) magis ta-  
men flestante, quam excruciatos fontes delendo. (55.)

Tūm CONSERVANS: Jus Civile: sed Q. An interiori in  
Conscientia foro locum obtineat? qvod aff. qvia sanctio J. Civilis,  
ratione boni publici ad particulares modos aut alias circumstantias,  
quæ sub legem naturalem non cadunt restricta non contraria, sed ju-

xta

xta vel præter jus esse videtur, ac proinde ejus observata ratio Debitorem non tutum modò, sed & securum (56.) reddit: (57.) licet alias, secluso J. Civili, naturali & civili vinculo (58.) obstringatur & absolute loqvendo nec in conscientia solutionem subterfugere possit. (59.)

Vel P R O P I N Q V A : ipse Contractus Mutui, initus cum eo, qvi in Patris adhuc sacris (60.) constituitur. (61)

(43) Au&. Thebaid. act. 2. v. 9. (44) Sveton. in Vespas. 11. (45) qva de vid. Cic. de natur. Deor. Rosin. Antiq. Rom. l. 9. c. 17. (46) apud qvos haud absimile interdictum viguit. Meier. Colleg. Arg. ff. h t. th. 1. (47) hinc qvina vicenaria dicuntur. Plaut. Pleud. A. 1. S. 3. ibid; Taubm. hue respexit videtur Ter. Phorm. A. 1. S. 5. si quidem qvisquam crederet te vivo. (48) Virg. l. 7. En. 49) vid. Martial. lib. 8. (50) Tacit. II. Ann. c. 13. (51) Hor. od. 4. 1. 4. (52) Frantz. Comm. ff. h t. n. 5. (53) Cic. pro Dom. s. ut loquitur Cic. Philipp. 8. vid. de hac formulâ Lipp. l. 4. Pol. c. 3. n. 11. & N. (54) qvem suppliciorum morem in satellites tyrannidis Fl. Vespasianus servasse fertur. Sext. Aur. Victor in Vesp. (56) Senec. Hippol. v. 163. hinc P. Syrus: Tuta sapè, nunquam secura mala conscientia est. (57) Hahn. Not. ad V Vesfenb. ff. h t. n. 2. Zoef. ff. h t. n. 6. conf. Hahn. ad V Vesfenb. ff. de LL. n. 7. & Struv. Ex. 2. t. 13. (58) l. 10. junct. l. 9. §. fn. l. 11. ff. h. (59) Hahn. d. l. (60) post testam intellico patr. i. ult. C. de inoss. test. l. 7. pr. C. de curat. fur. (61) d. l. 1. pr. ff. h. & §. 7. l. qvod cuns. eo. Dn. Carpz. l. 2. Resp. 105. n. 13.

## VI.

### Minùs Principalis est Impulsiva.

Eaq; PRIMARIA; odium sceneratorum, (62.) qvibus Sanctum Consilium Patrum (63.) messem (64.) auream (65.) præcidit: his autem ingeniosa nequitia Macedonis ad eludenda Sciti Claudiiani interdicta signa qvali sustulit, qvi, ut angvillæ instar, elaboretur, (66.) lucello beatus, filiis. pecuniam credidit incertis nominibus, (67.) sc. ut non constiterit, qvo tempore esset reddenda, (68.) sive in incertum planè eventum, si Parentes vivendo vi- cissent, ut tūm sua nomina obligationis nexus liberarent: (69.)

Hoc fonte derivata clades

In patriam populumq; fluxit: (70.) neq; enim deploratae salutis filii Solonis opinione (71.) vixere. sed luxurie arisq; magnitudine (72.) pressi atq; tantum non oppressi in annos patrios s̄apenumero inquisivere, (73.) infidiasq; vita parentum struxere, (74.) ut, qvibus salvis salvi esse non poterant, iis sublati, morerentur. (75.)

SECUN-

**SECUNDARIA:** favor Parentum, quos votnicæ & car-  
cinomata hæc (76.) insidiis petiere, parum æquis persolutis. ~~perpetratis~~  
~~et lois.~~ (77.)

(62) l. 4. o. in f. pr. ff. de cond. ind. Dn. Carpz. P. 2. C. 10. D. 17. n. 3. (63) Hor.  
Od. s. l. 4. (64) iis enim, sive sterile, sive fertile sit solum, menstruos fert census  
Luna, Sol annos: eleg. Schönb. l. 3. Pol. c. 12. (65) qvalem ferè Stratoles inha-  
vit. Schönb. l. 1. Pol. c. ult. (66) Plaut. Pseud. A. 2. Sc. ult. (67) d. l. 1. pr. ff. h. (68)  
Gorhofred. ad d. l. 1. pr. n. 4. Hahn. ad V. Velenb. ff. h. t. n. 2. (69) Frantz. ff. h. t. n. 4.  
(70) Hor. Od. 6. l. 3. (71) qvi cum interrogaretur; cur nullum supplicium consti-  
tuisset in eum, qvi parentem necaseret, respondit; se id neminem facturum putasse.  
Cic. pro Ros. (72) qvibus negatis ipsam. Parentis cædem negat. Cic. d. Or. pro  
Ros. conf. Lips. l. 4. Pol. c. II. n. 14. (73) Ovid. l. 1. Metam. v. 148 ibid.; Farnab. lit.  
h. V. Zoes. ff. h. t. n. 1. (74) d. §. 7. J. qvod cum eo. l. 3. §. 3. ff. h. (75) ut loquitur  
Vellej. Pater. c. 2. Hist. c. 91. (76) uti Augustus filiam neptemq; suam dixit. Svet.  
in August. (77) qvo de conqueritur Hesiod. lib. I. s. v. 186.

## VII.

### Objectum Mutua Pecunia constituit.

SCTum sua interdicta tūm ad mutuum, (78.) tūm ad nume-  
ratam pecuniam (79.) restringit: sicut igitur cæteros contractus,  
sub usuris licet initos, (80.) ita & cæteras res excipit: (81.) licet  
alias pecuniae appellatio, gladii instar Delphici, (82.) pluribus re-  
bus interserviat; (83.) nisi fraudem SCTo creditor facere audeat. (84.)  
Rationem solius pecuniae rejeçta ut, more Catonis, (85.) inquiramus,  
ea videtur esse, qvod in castris Veneris atq; voluptatum hoc  
belli nervo (86.) facilius, qvām cæteris rebus, constet victoria, sed  
qua victor ipse captus. (87.) desperatis sāpē rebus fatum Parenti-  
bus acceleravit. (88.) An autem Creditor sub, aut sine usuris cre-  
diderit, nihil refert. (89.) Ratio petitur ab odio cuiusvis Credito-  
ris: uti nec interest, an consumpta sit pecunia, an adhuc in peculio  
existeat. (90.) ob severitatem SCTi, qvæ, durior licet, subditos tamen,  
dicente Coty Rege Thraciæ, sanos reddit. (91.) Videntur autem  
mercator & caupo, qvi merces suas ad vestium gulaq; luxuriem ju-  
sto largius filios, erogant, SCTo qvodammodo fraudem facere. (92.)

(78) l. 3. §. 3. l. 7. §. 14. l. 13. ff. h. Dn. Carpz. l. 2. Resp. rof. n. 4. (79) l. 7. §. 3.  
ff. h. (80) l. 3. C. h. t. 8 d. l. 7. §. 3. Vinn. Comm. ad §. pen. I. qvod cum eo. (81)  
vid. Adag. Erasm. (83) l. 178. l. 222. ff. d. V. S. Meier. Coll. Arg. h. t. th. 3. (84) ex-  
empl. in d. l. 3. §. 3. l. 7. pr. & f. t. ff. h. Zoes. h. t. n. 7. fraus quando legi fieri dicatur  
vid. l. 29. & seq. ff. & l. 3. C. d. LL. (85) qvi tūm puer ita præceptor suo credebat,  
ut tamq; identidem posceret & causam, Lips. Proœm. Pol. (86) uti de bello, sed  
fortiori

fortiori differit Schönb. l. 6. Pol. c. 6. 87) Hor. l. 2. Ep. r. v. 146. 88) d. l. 3. §. 3.  
ff. h. 89) l. 7. §. 9. ff. h. Vinn. ad §. 7. Inst. qvod cum eo. 90) l. 9. §. 2. ff. h. 91)  
V. Lipfl. 4. Pol. c. 9 n. 16. 92) per §. pen. J. qvod cum eo. d. d. t. pr. verb. materiam  
peccandi. ff. h. Struv. Synt. Jurifp. Ex. 20. th. 53. ubi de Franekeranæ & Salanae A-  
cademie Statuto testatur, cui ~~de~~ <sup>de</sup> ~~per~~ <sup>per</sup> feret illud VVitreb. Acad. apud Schulz,  
Synop. Inst. ad d. §. p. l. e. Sed quid externum, aut ignotum pro magnifico venera-  
musr? Tacit. Agr. 30. 4. cum Inclita noſtræ Academie & Senatus Oppidan Com-  
paſtata, qvæ vocant, vertent, Studioſos, niſi nobili, aut honeſtiore profapia oriundo,  
a Sartoribus ultrâ. 5. florenos, ab Oenopolis verò ultrâ. i. qvicquam credi.

### VIII.

#### Subiectum Principale sunt Parens & Filius.

Parenti hinc primas tribuo, qvoniam aliás non ut persona acceſ-  
ſoria, sed peculiotenus ex contractu filii lite pulsatur, (93.) & qvia  
de ejus potissimum corio luditur: tuetur autem SCtum Patrem, vi-  
vente aut mortuo filio: (94.) itemq; avum. (95.)

Eodem tegitur clypeo Filius, paterni suive juris, (96.) etiam  
iſtitutor: (97.) degener autem, an induſtrius ille, (98.) Consul de  
jure veteri, (99.) an infimi ſit loci atq; ordinis, nihil interest; dum  
modò ei, cum Patis naturalis aut adoptivi (100.) potestati, dubia  
licet, (101.) tempore numerationis (102.) ſubiectus eſſet, (103.)  
creditum fuerit, ſive ſoli, ſive cum alio ſui juris, (104.) potestatis  
licet jugo poſteā vel mutato, (105.) vel excuſo. (106.)

Cum autem SCtum filiorum tantum mentione facta, breviſſi-  
mis verbis jubeat, non diſputet: (107.) ideò κατὰ διάνοιαν illud ad  
filias, (108.) nepotes & pronepotes (109.) extenditur.

93) §. 10. Inst. de Act. §. 4. J. qvod cum eo. l. 1. §. 2. & l. 29. ff. de pecul.  
Ludv. 16. th. 9. l. f. 94) l. 9. §. 3. l. 7. §. 10. ff. h. & I. pen. C. cod. Zoef. ff. h. t. n. 5.  
95) l. 14. ff. h. junct. l. 201. ff. d. V. S. 96) l. 9. pr. & §. 4. ff. h. d. §. pen. J. qvod cum eo.  
97) l. 7. §. 11. ff. h. 98) Schnob. Disp. ff. 9. th. 19. fac. ratio in §. 8. ſub f. Inst. de Ob-  
lig. qvæ ex delict. 99) l. 1. §. 3. ff. h. 100) l. 1. ff. 2. ff. h. 101) V. l. 1. §. 1. l. 7. §. 7.  
& 8. ff. h. 102) l. 4. l. 6. ff. h. 103) l. 7. §. 4. & 5. ff. h. 104) fac. l. 74. ff. de cond. &  
dem. Zoef. ff. h. t. n. 25. 105) l. 7. §. 4. ff. h. 106) d. l. 1. §. 2. ff. h. 107) V. Senec. Ep.  
95. fac. l. 8. l. 12. ff. de LL. 108) l. 9. §. 2. ff. h. junct. l. 201. l. 84. l. 116. ff. de V. S. &  
Nov. 115. c. 3. §. 5. 109) l. 6. §. 1. C. d. 14. ff. h. junct. d. l. 201. de V. S. Zoef. ff. h. n. 4.

### IX.

#### Subiectum minus Principale personas dico accessio- rias.

Eadem, qvam ſuprā diximus, cauſa victoria p̄eſtat invictum,

1. FIDEI JUSSOREM, (110.) vivo filiof, datum, (111.) nisi  
dum donandi animo intercedit, (112.) viatoria, cum Annibale, (113.)  
uti nesciat. 2. MANDATOREM, (114.) nisi hnic qvōqve  
donandi animus sufflamen objiciat. (115) 3. HEREDEM. (116)  
110] l. 9. § 3. ff. h. l. 7. § 1. ff. de Exc. 111] l. 18 ff. h. VVesénb. m. ff. h. t. n. 7.  
112] d. l. 9. § 3. Meier. Colleg. Arg. th. 5. n. 23. Ratio patet ex l. 5. pr. ff. delib. leg.  
113] dicente Adherbale ap. Flor. l. 2. c. 6. aut Maharbale, uti vocatur a Liv. l. 22. § 1.  
114] l. 9. § 3. ff. h. Zol. h. t. n. 5. 115] d. l. 9. § 3. 116] l. 7. § 10. ff. h. junct. l. 128. § 1.  
l. 19. l. 1. 177. ff. d. R. I. Nov. 48. in f. pr.

## X.

### Forma est vel Interna, vel Externa.

Interna est pecunia mutua filiof, dandæ prohibito: qva de-  
cum passim jam fuisus actum sit, dicere plura superfldeo; ne Fran-  
ciscum I. Galliæ R. imitatus, (117.) idem semper repetam & Le&to-  
ris, si quis erit, (contentus enim cum Heraclito (118.) & Antimacho  
(119.) vel unius ero studiis) patientia abutu videar.

Externa consistit in Exceptionis Peremtoriæ productione, qvæ  
post fata qvōq; Patris creditorem excludit, (120.) neq; modò,

Cum venit ad dubium grandi cum codice nomen, (121.) Cre-  
ditor, antè L. C. (122.) sed & in ipsa L. C. (123.) immò post senten-  
tiam (124.) re&tè opponitur: siq; in continent qveat probari, ut  
ejus veritas cum Heraclito (125) aktori indagine eruui non de-  
beat, in ipsa Executione, in foro etiam Saxonico, contrâ Instrumen-  
tum, qvod vocant, gvarentigiatum objicitur, (126.) atq; ita qvovis  
tempore fœneratorum adulterina fides adulterinam (an dixerim nul-  
lam?) pecuniā meretur: (127.) si modò Reus, cui

Libenter hoc & omne militabitur  
bellum, (128.) existentiam filii sub P. P. argenti numerati tempore  
illibatam, prober. (129.)

117) qvi ad Carolum V. literas miserat cum hac epigraphæ: Franciscus I. Rex  
Gallia, Gallia, Gallia. V. Piccart. Obs Hist. Pol Decad. 4. c. 10. 118) V. Lanf. Ep.  
Dedic. ad Duc. VVirtemberg. 119) cui Plato fuit instar omnium. Cic. de clar.  
Orat. 120) d. §. p. I qvod cum eo d. l. i. pr. l. 7. § 10 ff. h. 121) Javen. Sat. 7.  
122) d. l. 1. pr. verl. ne actio ff. h. t. 123) per c. l. x. de lit. cont. l. 9. C. de Exc.  
124) l. 11. ff. h. ibi q; Gothofr. Ludvv. Ex. 17. §. 3. l. d. 125) vid. Jun. & Canter. in  
Append. ad Chiliad. Erasm. sub Tit. Libertas Veritas. 126) Dn. Carpz. l. 2. Resp.  
105 n 10. 12 & seqq. & l. 2. Resp. 2. n. 3. & 16. & Proc. Jud T. 22 A. 3. n 31. 127)  
qvam Carolus IV. proditoribus solvi jussit, addito hoc dicto: vid. Clafen. Comm.  
in

in Cebet. Tab. verb. prodictionem p.m. 87. 128] Hor. Od. r. l. Epod. 129) per d. l. 4. l. 6. ff. h. junct. l. i. ff. de Excl. 22. ff. de prob. Ludv. Ex. 17. th. 1. l. a.

## XI.

Finis datur tūm Ultimus, tūm intermedium.

Ultimus est salus publica, cuius tūm cæteras gentes, non sine ridicula qvandoq; superstitione, (130.) tūm Romanos in primis tecnicissimos fuisse cōstat ex aurea ista lege XII. Tabb. Salus populi &c. ne igitur pecunia, irritamentum istud malorum (131) filiorum mores affligeret (132.) mersamq; vitiis suis quasi sentina Rēmp. pesundaret, (133.) haud injuria omni usu ac decore ei demto, (134.) providere SCti Autōres.

Intermedium C U J U S est, ut urbibus illud vetus fœnere matum & seditionum discordiarumq; creberrima causa (135.) tollatur, (136.) ne catulo qvidem ex pessimo genere relicto, (137.) utq; vulpeculas hasce alterius vestigia terreant, (138.) motieantq; non semper tripodem ex hoc salo extrahi. (139.) CUI: ut Reus absolvatur & fœnector Romanum istud audiat: abi musca. (140.)

130) vid. de Mexicanis & Burgundionibus Lips. l. 2. Pol. c. 6. n. 1. 131) Ovid. l. 1. Metam. v. 140. 132] d.l. 1. ff. h. 133) Flor. l. 3. c. 12. 134) ut loquitur Sallust. ad Cæf. Or. 1. 48. 135) Tacit. 6. Annal. 16. 2. conf. Schönb. l. 3. Pol. c. 12. 136] Zœf. h. t.n. 2. Schneidev. ad S. 7. Infl. qvod cum eo. 137) utrī cælo Maximino jocati sunt milites. Sext. Aur. Victor Epit. Cæf. in vit. Maxim. 138) Hor. l. 1. Ep. 1. 139) vide de Chienibus Saavedr. Symb. Pol. 29. pr. 140] V. Dn. Hildebr. Antiq. Rom. in Form. pr.

## XII.

Effectus est Actionis Exclusio.

Sed posset aliquid hic scrupulus vellicare, ed qvod Actio (141) sicutur denegari, cum tamen & naturalis & civilis obligatio (142) filii Excepione, (143) qvæ præsupponit actionē, (144) impediatur sed non est, qvod emunctæ hic naris judicem verbo Cypriani: da Magistrū: (145) qvaramus; Non enim, 1. tām A&tio denegatur, (146) qvām Actionis effectus, opposita Exceptione. (147.) 2. dividere hic more Qvirium, sententiam (148.) jubemur: si enim Prætori ~~ad~~ <sup>ad</sup> legavit, li- qvidū constat; Actio rectè denegatur; (149.) cum absurdum non sit, Actionem ipso jure salvam à Prætore denegari: (150.) sin adhuc rei ignorantia Pyrrhonicorum & Scepticorum illo dictorio: Non liquet: (151) calculum suspendat, exceptione eandem, (152) sal-

na tamen naturali obligatione, (153.) infringi judicamus. (154.)

Sed ut, cum Annibale, omnia nobis hostium haud secus, quam nostra, nota sint; (155.) ad Contraria descendimus, quae ea, quae licebit, brevitate excutiemus, ne quis nobis Callimachus insurget: τὸ μέρος βιβλίον τοῦ εἰρητοῦ τῷ μεριδῶν κανῶ. (156.)

(141) in d.l.1.pr. l.9, §. 2. ff. h. 142) V. supr. th. 5. 143] l.7. pr. §. 1. 4. 7] 9. §. 4. ff. b. 144) Zoef. h. n. 1. 145) cum Tertullianum ille policeret. Gerhard. in Patrol. in vit. Cyprian. p. 175. 146) vid. Ludw. Comm. ad S. 4. Inst. de Except. l. & 2. 147) VVissenbach. Comm. Cathedr. Ch. h. t. junct. 2. §. 1. ff. ad S. 8. Vellej. 148) V. Rosin. Antiq. Rom. l. 7.c. 7. 149) per l. 9. ff. de jure Vinn. ad S. 7. J. qvod cum eo. 150] l. 57. ff. de adj. & amitt. hered. Frantz. ff. h. t.n. pen. 151] V. Mier. Lexic. Philos. in voc. Philosophus. 152) d. l. 7. p. ff. h. 153) l. 10. ff. h. l. 19. pr. ff. de cond. ind. Schnob. Disp. ff. 9. §. 22. 154) Meier Colleg. Arg. ff. h. t. th. 2. & seqq. 155) Liv. 22. 41. 156) Lan. pro Germ. p. 962.

### XIII.

SCTi Exceptionem Contraria per modum Replicationis resolvunt.

Ne enim Pythagorici illius: μὴ ζεγέρειν τὸ τρεπτόν: (157.) immemores Debitoriniūm indulgeamus, damni qvod Creditor sentit, securi, atq; ita exviis D. Petro detrās. Paulo induvia præstems; (158.) excludi Reum per Replicationem statuimus, 1. AGNITIONE ipsius filii sui jam juris, (159.) vel VRRBIS e. gr. renunciatione, (160.) vel FACTO, ut solutione, (161.) partis licet, (162.) novatione (163.) debiti quamvis alieni, (164.) datione pignoris, (usq; ad ejusdem tamen quantitatē) (165.) declarata; qvod si filius, Patre nondum cultode remoro, (166.) arese liberabit, exstantem pecuniam, nisi gnato eo fine donatam, (167.) Pater vindicat, (168.) consumatam condicet (169.) conditione furtiva; (170.) haud tamen absq; temperamento bona malaq; fidei: (171.) filius verò si reperat, omni jure desitus, (172.) nihil plus agit, quam si quis Herculi clavam, (173.) aut Turcis hodiè vi quondam rapta eripere (174.) tenteret.

2. VOLUNTATE (quam paulo latius hic acceptam (175.) volumus) Patris, tūm p̄t̄via, (176.) tūm subsecuta per ratificationem, (177) invito quamvis filio inq; ejus præjudicium factam; (178.) utraq; autem vel expressa, (179.) vel tacita; (180.) hinc si filius, oneris paterni, haud incuriosus, (181.) filia sua dotem vel dede-

dederit, 182.) alias ab avo profecturam, 183.) vel promiserit, re  
Patris (frustra licet vivo Patre) pignori opposita, 184.) aut ad res  
necessarias 185.) pecuniam acceptam perdiderit, 186.) aut sanioris  
homo frugis in rem Patris eam verterit, 187.) alio licet animo sum-  
tam, 188.) solidum Paren's exsolvere tenetur: 189.) in primis si filii  
legationis, aut studiorum ergo absentes, atq; ita

missi magnis de rebus uteris;

et alienum conflent: 190.) accurate tamen in Studio observato  
tum probabili modo, qvi tenaciorem Parentem, tum quantitate Pa-  
tri consveta, qvæ liberalem arguit; 191.) ne, si Carolinum istud;  
Plus ultra: metam inveniat, 192.) scribatur: plus citra. 193.)  
Hinc Parenti, qvi hacce filii debita, filio adhuc vivo 194.) ante  
semper diluit, nec novissimum Creditorem Piniorum in/lar, 195.)  
excludere licet. 196.) Qvod si autem Ephorus, qvem Pater, studio-  
rum gratia, filio addidit, licentia undecunq; perenda pecuniæ data,  
Lacedæmoniorum more, 197.) eam luxu confecerit, opem feret  
Patri sententia SCri: 198) ipsoenim jure Mandatum luxurie Procu-  
ratoris extinguitur.

Sed quid si Paren's ignoret, aut cum  
Ludovico XI. R. Gall. 199.) filium à studiis abstrahat? tum SCto  
Creditor, haud absq; justa ratione, 200.) repellitur, nisi pecuniam  
filio, vel ad studia, semel missa, vel ad literarum rudimenta, vel ad  
majora transeunt (qvatenu postremo hoc casu domi alendus fuit)  
subministrabit; officio tamen Superioris Nobili in generosiori ali-  
qua indole haud excluso. 201.) Monachus autem, si qvos in stu-  
diis sumtus fecit, Abbatem vel Monasterium, à quo missus tuit, ob-  
stringit. 202.) Sed ut ultimum de Patris placito addam: Q; an fide  
dignum judicemus filii chirographum Patris sigillo firmatum? Resp.  
istud non magis, ut γνῶσον 203.) agnoscimus, qvām vel Romani  
fuum Pseudophilippum, 204.) vel Conradus II. Imp. literas com-  
mendatias Lupoldi Comitis filio traditas. 205.)

3. D O L O filii, suam mentiti libertatem & justo Creditoris  
errore, 206.) ab hoc probando: 207.) justum autem dicimus, vel  
ab existimatione publica, 208.) licet absq; assertione filii; 209.) vel  
ab invincibili ortum ignorantia, 210.) qualis imponit pupillo, 211.)  
filio, 212.) minori, 213.) eiq; qvi duos sibi filios, reos devinxit;  
dummodo ad filium ignoratae conditionis pecunia pervenerit, 214.)

Hos

Hos passibus æqvis Creditor sequitur, cui ex causa onerosa delegatio facta est. 215.)

4. DIGNITATE, qvæ novo jure filiumf. à P.P. eximit;  
216.) cum honor &

fax mentis honestæ,

Gloria 217.) sinistras præsumtiones ab homine sui juris removeant;  
218.) solam autem Nobilitatem, cum à P.P. non liberet, dignitati  
hic neutiquam annumero. 219.)

5. MILITIA: 220.) milites enim tum pecunia in causas  
castrenses versæ præsumtio, 221.) tum disciplina Romanorum mi-  
litaris, luxuriosæ licentia vindex, 222.) urget: licet autem militibus  
nostris, ad nummarium odorem sagacissimis, 223.) nec extrema-  
qvidem linea menta 224.) pristinæ disciplina restent, 225.) ut pro-  
inde merito Metellum aut Corbulonem aliquem saiores Politici ho-  
diè exoptent: 226.) qvin tamen Jus Civile, nusquam hic sublatum,  
adhuc in iisdem locum habeat, ambigendum non est. 227.) Militi-  
bus jongo mercatorem filium, 228.) aut alias peculio vel castren-  
si, 229.) vel qvæsi castrensi, 230.) vel adventio plenissimi juris 231.)  
locupletem, pro qvantity cujuslibet obstrictum. 232.)

157) V. Chiliad. Erasm. 158) ut loquitur Dn. Carpz. Disp de Asyl. Deb.  
th. & n. 109. 159) l.2. C.h.r. 160) Zoef. ff. h. t.n. ult. 161) l.4. ff. de cond. ind.  
162) l.7. §. ult. ff. h. 163) d. l.2. C.h. 164) l.13. ff. h. 165) l.9. pr. ff. h. V. Zoef. ff.  
cod. n. 22. & 23. Perez. Pral. C.h. f. n. 13. 166) Horat. Poet. 167) l.9. §. 1. ff. h.  
168) l.14. ff. d. R.C. 169) l.9. §. 1. ff. h. 170) per l.18. ff. de cond. furt. 171) V.  
Zoef. ff. h. n. 20. Perez. Pral. C. cod. n. 6. & qvodammodo ~~in~~ <sup>egregia</sup> Meier. Coll.  
Arg. ff. h. t. th. 10. n. 7. & seqq. 172) l.19. l.26. §. 9. d. l.40. pr. ff. de cond. ind.  
173) Eralm. in Adag. 174) V.Dn. Carpz. Comm. in L. Reg. c. 4. f. 2. n. 17. & Lan-  
pro Hungar. p. 470. ubi ait; majoris molis opus esse, Turcis eripere casam aliquæ  
rusticam, qvam Regi Gall. Caletum aut Bajonam 175) per l.5 verb. qvos pietas.  
C.h. t. 176) l.2. C.h. 177) l. ult. C. cod. 178] per d. l. uit. C.h. ibiq. Salicer.  
n. 2. & 3. 179) l.12. ff. & l.15. C.h. l.9. §. 3. ff. cod. 180) l. 4. C.l. l.2. l.16. ff. h.  
181) d.l.2. C.h. 182) l.17. ff. h. 183) l.5. §. 8. ff. de jur. dot. 184) l.7. §. 2. ff. h.  
Meier. Coll. Arg. h. th. 5. 185) l.7. §. 14. ff. h. 186) l.47. in f. ff. d. solut. camq;  
amissionem casu factam esse contendit Salicer. ad l.2. C.de filiof. min. n. 3. 187)  
l. 7. §. 12. ff. h. 188) d.l.7. §. 12. 189) l.1. l.7. §. ult. ff. de in ren. vers. V. Vissenb.  
Comm. Cathedr. C.h. t. 190) l.5. C. h. 191) l.7. §. 13. ff. h. Frantz. cod. n. 17.  
192) V. Lan. pro Gall. p. 171. 193) vid. Salic. ad d. l.5. C.h. n. 6. 194) Brunnen.  
ad l.1. C. ne fil pro patr. 195) qui cum tardius ad Herculis sacra accederent, æter-  
num Potitis ministrare justi sunt. Rosin. Antiq. Rom. l. 3. c. 4. 196) post Bald.  
Frantz. h. n. 18. 197) uti de iis conseruitur Aristotel. l. 2. Pol. c. 7. 198] per  
§ pen.

§. pen. J. qvod cum eo. VVissenb. 2d l. 1. 2. 3. 4. 5. C.h. 199) V. Bucellin. p. 3.  
Nucl. Hist. Un. in Ann. Gall. A. 1484. Lipsi. l. 1. Polit. c. 10. na 6. N. Haud absu-  
millis ferè fuit Licinius Imp. qui literas virus ac pestem dixit publicam. Sext.  
Aur. Victor Ep. Cæs. in vita Licin. 200) quam vid.ap. Meier. Colleg. Arg. h.t.  
th. 5. n. 16. 201) Brunnera. ad l. 5. C. h. t. 202) Meier. Coll. Arg. d.th. 5. n. 16.  
203) per l. 2. C. plus valere qvod. & l. 2. C. de reb. alien. non al. Perez. C.h. t. n.  
20. Franzk. s. eod. n. 19. 204) Vellej. Paterc. l. 1. c. 11. 205) qvibus ille, Belles-  
rophontis instar, necem pati iustus, per astum sacrificuli Imp. filiam uxorem si-  
bi impetravit, vid Kirchan. de Annul. c. 14. 206) l. 1. C. h. conf. l. 2. §. 3. ff. ad  
Sæt. Vellej. l. 2. l. 3. C. si min. se maj. l. 6. ff. qvod cum eo. 207) d.l. 1. C. h. t.  
Perez. ead. n. 14. 208) l. 3. pr. & §. 1. ff. & l. 2. C. h. 209) Meier. Coll. Arg.  
th. 5. 210) l. 19. ff. h. 211) l. 3. §. 2. ff. eod. 212) d. l. 3. §. 2. 213) qvo de vide  
l. 11. §. p. & f. l. 34. ff. de min. l. 9. in f. p. ff. de iur. & fact. ignor. 214) l. 7. §. 8  
ff. h. 215) l. 19. ibid; Zoet. n. 19. de Novat. 216) Nov. 81. 217) Silius, qvem  
citat Saavedr. Symb. Pol. 15. pr. 218) Dn. Carpz. p. 2. C. 10. D. 17. n. 4. Bachov.  
ad Tr. Vol. I. D. 20. th. 7. l. c. 219) Dn. Carpz. d. D. 17. n. 8. & g. 220) l. fin.  
§. 1. C. h. Vinn. ad §. p. I. qvod cum eo. 221) d. l. fin. §. 1. 222) conf. exempl.  
Scipionis apud Valer. Max. l. 2. c. 7. n. 1. 223) uti cum Drexelio loquitur Dn. Carpz.  
Disp. de Asyl. Deb. th. 5. n. 6. 224) Cic. s. de Rep. 225) V. Lipsi. l. 5. Pol. c. 8.  
n. 7. & seqq. & l. r. e. 13. n. 4. 226) Saavedr. Symb. Pol. 81. 227) per l. 27. C. de  
testani. 228) V. Salic. ad l. 5. C. h. 229) l. 1. §. 5. ff. h. 230) Dn. Carpz. l. 2.  
Rep. 105. n. 17. 231) per l. 6. C. de bon. qvæ lib. Zoes. h. t. num. 25. 232)  
per l. 2. ff. h.

#### XIV.

#### Renunciatio filiis, nec ipsi, nec aliis obest.

Non simplex: neq; enim hic aliquid subest favor filii, uti suprà  
diximus, sed utilitas publica, cui se socium jungit favor Parentum:  
233.) Nec jurata - licet quidem haud insimil subselli J Cti in partes hinc  
abebant, ut proinde nobis cum Xenophane aut Arcesilao ~~αναγλη-~~  
~~ψια~~ liceat amplecti; 234.) cum tamen Veritas, non palliata, 235.)  
sed simplex magis nos moveat, qvam auctoritatis splendor: ideoq;  
negantium opinionem sequimur, Jure tñm Civili, quo jusjurandum  
naturam negotii, polypi instar colorem, cui adharet, assumentis, 236)  
induit: 237.) tñm Canonico; cum aliás utilitas publica boniq; mores  
destruerentur, 238.) & SCro tacile cereus nasus 239.) posset affungi.  
240.) Et licet forsitan gravior præsumtio filium minimè urgeat, ini-  
pvum tamen est, hominem bonæ frugis noteq; plecti, alium ne ap-  
pellari quidem; 241) imprimitus cum causas peccandi, qvacunq;  
via licet, præcidere expediat; 242.) adeò ut molestè seduli 243.) in  
juramento exigendo Creditores pœnam mereantur. 244.) Praxis  
tamen, suis fulta rationibus, à nobis hæc in parte dissentit. 245.)

233.) Hahn. Not. ad VVeserb. ff. h. n. 3. vid. l. 7. §. 14. ff. de pact. l. 38. ff. eod.  
Zoefl. n. 27. 234.) vid. Rachel. Introd. in Ethic. Arist. c. 6 p. m. 48. & 54.  
235.) quam aulis tribuit Firmianus de Sæcul. Gen. Diff. 7. p. 201. 236.) Frantz Comm. ff. de jurej. n. 50. 237.) l. 112. §. ult. ff. de legati. l. ult. C. de non. num.  
pec. l. 5. C. de LL. l. 7. §. 16. ff. de pact. Nov. 51 pr. conf. Frantz. ff. de jurej. n. 39.  
& seqq. 238.) contrâ c. 12. de for. comp. c. 58 d. R. J. in 6. c. 2. cauf. 22. q. 2. c. 5.  
6. 8. 22. cauf. 22. q. 4 c. 18. & 28. X. de jurej. 239.) uti de legibus variè ad causis  
deflexis dixisse fertur Maximil. II. Imp. Tob. VVagn. Inst. Hist. l. 7. c. 8. in vit.  
Maximil. 240.) Hahn. ad VVes. ff. h. n. 4. sub f. vid. Zoefl. eod. n. 28. Dn. Carpz  
de Contr. Mut. pos. 3. n. 12. & seqq. Pichard. Comm. ad d. §. p. J. qved cum eo. qvî  
de lege Hispana Regia, irriticum hoc juramentum pronunciante, testatur. 241.)  
Frantz. h. t. n. 6. qvod & Cic. l. 1. Offic. cavendum monet. 242.) Bachov. ad  
Tr. Vol. 1. Disp. 20. th. 7. l. d. fac. 1. 38. ibi: neq; malitii. ff. de R. V. l. 3. C. per  
quas person. l. t. verb. melius occurrere. C. quand. lic. unic. l. ult. C. in quibus  
causis in int. rest. nec. l. ult. §. 5. verb. coarctare juveniles calores. C. de bon. quæ  
lib. 243.) Curt. l. 3. n. 6. 244.) Meier. Colleg. Arg. h. t. th. 12. 245.) Dn.  
Carpz. P. 3. Decisi. 256. n. 37. & seqq.

## XV.

### Affinia paucissimis erunt delibanda.

1. SCtum Vellejanum, quo intercessio mulierum prohibetur. 246.)

2. Exceptio in factum filiif. qvi facti errore lapsus mutuum sui jam  
juris novatione facta promisit. 247.) cui si creditor inhæreat exceptio  
nione hac rejectus, thesaurum cineres fuisse. 248.) sentit.

3. Restitutio in integrum filiif. minoris, qvi mutuum sumvit. 249.)

4. Privilegium Competentia, qvod filium sui juris, in negotio qvondam  
Patris versatum, tuerit. 250.)

Sed ne justo prolixior, inane dolium imitari videar. 251.) rece-  
ptui h̄c canere, teq; B. L. verbis, qvibus Prætor olim reum absolvisse  
fertur, alloqvi juvat: Nihil te moror. 252.) Qyod si qvid  
humani 253.) passus fuerim, à te, B. L. veniam, vel duabus bonita-  
tis partibus contentam, dicente Paulo III. P.P. 254.) exspecto spe-  
roq; fore, ut mihi meliora monito legis & II. Tabb. patrocinio 255.)  
uti, frui liceat: Sanatibus idem, qvod for. tib; jus esto.

246.) l. 1. pr. 2. §. 1. ff. ad S&t. Vellej. l. 40. ff. de cond. ind. 247.) l. 20. ff. h.  
248.) Lips. Disp. Not. Mirandul. Cod. ad Tacit. Praef. 249.) l. 2. C. de filios. min.  
junct. l. 1. C. si. adversi cred. 250.) l. 2. ff. qvod cum eo. vid. ibid. Zoefl. 251.) V.  
Firmian. de Sæc. Gen. Diff. 4. p. 117. 252.) Alex. Sardus de mor. gent. l. 2. c. 22.  
in f. 253.) conf. Conf. tanta. §. 14. & Conf. Dedit nobis §. 13. de Conf. Digest.  
254.) V. Lans. Mantiss. Or. de prærog. cert. p. m. 104. 255.) V. Resin. Antiq. Rom.  
l. 8. c. 6. in sec. part. LL. XII. Tabb. l. 12.

F I N I S,

01 A 6531



n  
WDA



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



SCTUM M A.  
CEDONIANUM  
DEO DIRECTORE ET  
DUCTORE  
Superiorum Auspiciis

publicē

P R A E S I D E

DN. JOHANN-ERNESTO  
NORICO, J. U. D. & h. t.

Rector Magnifico,

Preceptor, Hospite & Patrono Maximo

discutiendum

proponit

MARTINUS ZACHARIAS CRAMERUS,

Northusa-Cheruscus,

Auctor.

ANNO M DC LXV. D. 18. Ma<sup>r</sup>.

H. L. Q. C.

LIPSIAE

Typis Viduae HENNINGI COLERI,

Sp. Lic. Deglit.